nobis autem nec per scripturam. nec per dicta sancto-
rum. nec per officia innotescit tanta diuersitas.
ideo non uidetur nisi presumptio hoc dice-
re maxime cum non appareat in promptu
aliqua ratio cogens. **A**lia est positio sobria
et catholica quod in angelis est ponere distinctio-
nem quantum ad personalitates tantummodo.
aut in omnibus aut in aliquibus. et concedere
de sunt rationes ad hoc inducte. tum ex par-
te misterii. tum ex parte assimilationis ad
deum. tum ex parte simulationis mutue.
Quod ergo obicitur quod diuersitas per nu-
merum uenit ex diuisione materie. **D**icendum
quod falsum est. sed multitudo per generationem
uenit ex diuisione materie. quia generans dat
generato partem sue substantie. Diuersitas
autem angelorum non est per multiplicationem unius ab
altero. sed omnium angelorum a deo. **E**t per hoc
partem sequens obicitur de fine. quia ille non est
finis multitudinis. sed multiplicationis succes-
sione. sed ratio potissima multiplicationis in ho-
minibus et in angelis est diuine potentie et
sapientie. et bonitatis declaratio et collauda-
tio que manifestatur in multitudine et glorie
beatorum applicatione. quia amor caritatis ex-
ultat in multitudine bone societatis. unde
credo quod erunt in magno numero et perfectissi-
mo secundum quod decet illam supernam ciuitatem om-
ni decore fulgentem. **Q**uod obicitur de
medio. **D**icendum quod angelus non potest
esse medium. quia sicut in precedentibus per-
batum est quod in angelo non sit tanta natu-
rarum diuersitas quanta in homine. nihilominus

aliqua est. et preterea. quod non diuersificetur
in hominibus pluribus. humana natura ta-
men multiplicatur in illis. et ideo non est que-
rere aliud medium. **Q**uod ultimo obici-
tur de origine quod est principalis ratio distinc-
tionis psonalis. **D**icendum quod quantum
Ricardus dicit quod persone in hominibus dis-
tinguntur origine. tamen hoc non habet ra-
tione principii. Nam pauci homines sic dis-
tinguntur per illam habitudinem. Ad solus
eius unus hominem habeo ego illam habitu-
dinem. tamen ab omnibus differo psonaliter.
Sed ratio distinctionis psonalis quantum ad
ueritatem uenit ex principiis consuetudinibus
et particularibus. quantum ad notitiam uenit ex
qualitatibus quorum unusquisque est in angelis spiritus
secundum diuersitatem. Diuersa enim habet princi-
pia indiuiduationis et diuersas proprietates in-
atas. Sicut enim homines diuersas habent faci-
es. sic diuersas habent mentes et proprietates
mentales. ita intelligendum est in angelis suo modo.

Secundo queritur Utrum psonalis
proprietates sit in angelis accidentales
uel substantiales. **E**t quod acciden-
talis uidetur sic. **B**oetius dicit
quod omne proprium manat de genere accidentium.
non solum proprium indiuidui sed etiam species. sed indi-
uiduum magis approximat accidentibus quam species.
ergo multo fortius proprietates indiuiduales o ge-
nere accidentium est. sed distinctio psonalis est
proprietates indiuiduales. ergo etc. **I**tem **R**icardus
sancto vult. quod in diuinis est psonalis distinctio per
originem. in angelis per qualitatem. in hominibus utroque
modo. si ergo tanta qualitas quam origo dicitur propieta-
tes accidentales in creaturis. per etc. **I**tem **P**orphi-
dicit quod indiuiduum constat ex proprietatibus quoniam col-
lectionem impossibile est in altero spiritus. sed tales
sunt proprietates accidentales. ergo indiuiduationis est
per accidentia. scilicet per eadem est psonalis distinctio per quam est
indiuiduationis. ergo etc. **I**tem humana natura in
christo non habuit psonalitate nec distinctionem psona-
lem. scilicet constat quod habuit quod sunt essentialia substan-
tie rationali. ergo psonalis distinctio non est substantialis
sine essentiali nec homini nec angelo. **I**tem circum-
scriptis omnibus accidentibus res non cadit in sensum. scilicet
solum in intellectum. scilicet uile est dum intelligitur. sicut dum sentitur
ergo circumscriptis accidentibus circumscribitur indiuidua-
tio. ergo et psonalis distinctio. et sic idem quod prius.

Item discretio psonalis e discretio fm nūex.
sed circūscripta q̄titate non e intelligere nu
merū. ergo nec discretione psonale. sed sub
stāiale itelligitur circūscripto accidēali. er
go si discretio psonalis non pōt intelligi acci
dentib⁹ circūscriptis. ergo non e substāialis
āgelo sed poti⁹ accidēalis. **C**ontra arguit⁹
prio p textū. **M**agister eiz dicit q̄ priā cō
sideratio e de substātia. ⁊ sub priā cōsiderati
one cōphendit psonalē discretioez. ergo ui
detur q̄ psonalis discretio est āgelo substan
tialis. **I**tem psona non est aliud q̄ individua
substātia rōnalis nature. sed individua sub
stātia inq̄stū huiusmōi est i genere substātie
nō p reductionē. sed directe i m rectā lineā.
ergo inq̄stū huiusmōi e i genere substātie.
ergo psonalitas non e i genere accidentis.
quia i eodē genere e albu inq̄stū albu ⁊ albe
do. ergo i eodē genere psonalitas ⁊ psona.
Item nullū accidēs e nisi i substātia individua
ergo omne accidēs cōsequitur individuitatē es
sentie. ⁊ tam i rōnali q̄ i irōnali hoc habet
ueritatē. ergo pri⁹ p naturā e aliqd individū
substātie rōnalis q̄ habeat accidēs. ergo per
pri⁹ psona. ergo ⁊ discretio i psonalitate.
Item que differūt psonalitate differūt in suis
principiis substātialibus. sicut p3 i Petro ⁊ in
Paulo. ⁊ que sic differūt substātialiter discer
nūt. ergo discretio psonalis dicit differen
tiam substātiālē. ergo non e p̄prietas accidē
talis. **I**tem non e maior discretio i acciden
tib⁹ q̄ i ter opposita. sed opposita nō faciūt
discretionē psonalē. quia un⁹ hō pri⁹ est alb⁹
post niger. pri⁹ puer postea senex. ⁊ tam idē
indidū est ⁊ una psona. ergo **R**e acciā
diuersa cū sunt i uno supposito sunt unū nu
mero. ut grāmaticū ⁊ musicū. sed nō hoc eēt
si diuersitas fm nūex uel fm discretionē.
psonalē ueniret ab accidētib⁹. ergo **R**e
spōsio. **A**d p̄dictorū intelligētā notandū q̄
circa hoc e triplex mod⁹ dicendi. **Q**uidam
nāq̄ dicere uoluerūt q̄ psonalis discretio est
accidēalis p̄prietas. quia dicūt q̄ e i gene
re accidentis. ⁊ q̄ etiā causatur ab accidētib⁹.
sicut discretio numeralis. sed i hoc dīa e. q̄a
discretio nūeralis causatur a diuersitate pro
prietatū in q̄bus cōteat creatura rōnalis ⁊ ir
rōnalis. sed discretio psonalis a p̄prietatib⁹
que isunt p̄prie rōnali creature. **S**ed istud

imphatur i opponēdo p multas rōnes. nec
pōt habere ueritatē. quia distinctio idiuidualis
nō fit ab accidētib⁹ cū individua differāt fm
substātiā. nō solū fm accidēs. **E**t similiter
e discretioe psonali itelligendū est. **E**t ideo
alius mod⁹ e dicēdi q̄ discretio psonalis di
cit p̄prietatē accidētalē que tamen non causat⁹
ab accidētib⁹. sed a substātia siue principiis
substātialib⁹. sicut unitas que e p̄cipiū nūe
ri e i genere accidentis. tamen immediate habet
ortū a substātia. sed cū psona dicat idem q̄
suppositū rōnalis nature ut e i genere sub
stātie. nō uidetur p̄babile q̄ psonalis discre
tio dicat p̄prietatē accidētalē solū. **E**t ideo
e tertius mod⁹ dicēdi q̄ discretio psonalis ⁊
si uideatur dicere accidēs quia dicit p modū
accidentis. tamen p̄cipaliter dicit quid substā
tiale. et si aliquo modo iportat accidēs. hoc e
cōsequēt. illud tamen immediate habet ortū
a p̄cipiis substātialib⁹. ⁊ hoc p3 sic. **D**iscre
tio psonal⁹ addit supra discretioez idiuidualē.
Discretio aut idiuidual⁹ duo dicit. s. idiuiduali
ones ⁊ cōsequēt distinctionē. **I**ndiuidualio
autē est ex p̄cipiis indifione ⁊ app̄prietatē
Ipsa eim rei p̄cipia dū iungūtur inuicem se
app̄prietatē ⁊ faciūt indiuidualū. sed ad hoc conse
quitur eē discretū siue eē distinctū ab alio et
surgit ex hoc numer⁹. ⁊ ita accidētalē p̄prie
tas cōsequēs ad substātiā. ⁊ sic idiuidualis
discretio dicit aliqd accidētale ⁊ aliquid sub
stātiale. psonalis autē addit supra hāc di
gnitatez psonalitatē. **D**ignitas autem illa
duo dicit. s. nobilitatē rōnalis nature que est
q̄ natura rōnalis tenet p̄cipatū inter natu
ras creatas ynde non e ordiabilis ad p̄fectio
rem formā. ⁊ hec nobilitas ⁊ si p modū qua
litatez habeat itelligi. tamen eētialis e nature
rōnali. **D**icit etiā illa nobilitas actnalē emi
nentiā. ita q̄ in supposito nulla sit alia natu
ra ita p̄cipalis ut natura rōnalis ut quasi
sit p se sonas. **E**t ideo quia hoc deficit ei in
xpo. natura rōnalis creata nō facit psonali
tatem. ⁊ hoc e accidētale. **D**icendū ergo q̄
quēadmodū idiuidualis discretio e ex exītia
forme naturalis i materia. sic psonalis discre
tio ex exītia nature nobilis ⁊ sup̄eminētis
in supposito. **I**deo q̄uis utrobq̄ iportet. ⁊
quid substātiale ⁊ similiter accidētale conse
quēs hoc dico i creatura. nō tamen iportat

accidentale quod causetur uel ortu habeat ab
accidente, sed potest consequitur formam in ma-
teria, uel naturam in supposito. **Ex** his patet
ueritas problematis et dissolutio obiectionis
num per se. **Si** eis queratur **Utrum** perso-
na discretio sit proprietas substantialis uel ac-
cidentalis. **Si** substantialis proprietas dicatur
quia immediate sequitur substantiam, sic dicendum
est esse substantialem, si substantialis dicatur,
quia non exit genus substantie. **Dicendum**
quod quoddammodo sic et quoddammodo non.
Similiter si dicatur accidentalis proprietas
que causatur ab accidentibus, sic dicendum
simpliciter quod non. **Si** uero est accidentalis
quia est in genere accidentis. **Sic** potest dici quod
quoddammodo sic quoddammodo non secundum dis-
tinctionem perfectam. **Quod** ergo obicitur,
quod personalis discretio pertinet ad substantiam
et non causatur ab accidentibus, hoc tamen con-
cedendum est. **Quod** obicitur in oppositum
quod proprium omne manat de genere acciden-
tium. **Dicendum** quod **Boetius** loquitur de propria
passione, et hanc dicit emanare de genere
accidentium, non quia non causetur ex principiis
subiecti, sed quia et si ex ipsis causetur, forma-
liter tamen est in genere accidentium. **Du-**
pliciter ergo deficit illa ratio. **Prius** quia pec-
cat in intellectu huius nominis proprium. **Est**, n.
proprietas quantum ad rem, et est proprietas quantum
ad modum. **Boetius** intelligit de eo quod re-
aliter est propria passio, non de eo quod est pro-
prietas quantum ad modum. **Proprietas** autem
indidualis autem proprietas personalis et si ui-
deatur dicere proprietatem consequenter esse sicut
accidentis, realiter tamen non dicit nisi appropria-
tione principiorum per indisionem, hoc dico quan-
tum ad proprietatem indiualem. **Sicut** proprie-
tas personalis non dicit ultra hoc nisi digni-
tatem siue nobilitatem nature rationalis, que no-
bilitas non est ei accidentalis, imo simpliciter
et omnino essentialis. **Peccat** etiam predicta ratio in
malo intellectu predicati, quia proprium dicitur ma-
nare de genere accidentium, non quia manat
ab accidentibus, sed quia manat a substantia
existens de genere accidentium. **Sic** in opposi-
to, unde sicut unitas que est principium numeri
ortu habet a principiis substantie accidentaliter
ad ipsam relatis, non autem a principio aliquo
quod sit in genere accidentis. **Sic** intelligi

potest de discretione personalis secundum id quod in ea
accidentale est, utpote copatio ad alteram perso-
nam respectu cuius habet distinctum et numerari
et eminentia dignitatis in supposito respectu
alterius nature quod non habuit natura humana
in christo. **Quod** obicitur, quod discretio persona-
lis est per qualitatem. **Dicendum** quod intelligitur, o-
qualitate que est in genere qualitatis quantum
ad modum, non autem quantum ad rem. **His** enim
duobus distinguuntur predicata, uel quantum ad e-
ssentiam, uel quantum ad modum, et aliquid est in ge-
nere substantie quod nihilominus habet modum
accidentis. **Unde** etiam consuevit distingui qua-
litas dupliciter, scilicet substantialis et accidentalis.
Uel potest dici quod **Ricardus** loquitur de distincti-
one personalis quantum ad nostram cognitionem, et
quia cognitio nostra est per accidentales qualita-
tes, dixit personas creatas distinguere qualitate.
Et per hunc modum intelligitur uerbum **Por-**
phyrius qui dicit individuum consistere ex collecti-
one proprietatum. **Loquitur** enim secundum rationem et
cognitionem non secundum rem, et sic patet tertium.
Quod obicitur, in christo humana natura non ha-
buit personalitatem. **Dicendum** quod hoc est ratione
illius eminentie que consequitur ad nobilitatem,
et illa supereminetia dicit quoddam dignitatem
accidentalem sicut prius ostensum est, que amitti
potest non solum per deperditionem, sed etiam per digni-
oris supductionem, sicut alibi melius dicitur.
Quod obicitur de sensu et intellectu. **Dicendum**
quod et si sensus solummodo sit significatiuum intel-
lectus tamen potest esse non solum uerum, sed etiam
singularium. **Unde** non est intelligenda illa di-
ctio passio, et hoc patet, quia solus intellectus
comprehendit intrinseca principia petri et plato-
nis, et circumscribitur omnibus accidentibus dicitur
eos esse discretos et distinctos. **Quod** obicitur
de numero. **Dicendum** quod sicut unitatem sub-
stantialem consequitur unitas accidentalis insepa-
biliter, que non est principium indisionis sed conse-
ques ad illam, sic diuersitatem substantialem con-
sequitur numerus inseparabiliter, tamen secundum rem et
naturam distinctio illa est a substantiali principio
non accidentali, et sic patet totum.

Quarto queritur **Utrum** discre-
tio personalis sit a parte principii
formalis uel materialis. **Et**

q. a pte principii formalis. Ricar. dicit q. tam in angelis q. in hominibus est discretio psonalis p qualitates. sed qualitas aut est forma aut tenet se ex pte forme. ergo **re.**
Ite si aliquid inest aliq. et in eis coe per analogia, necesse e q. isit p aliqd analogice repts i eis. psonalis autē distinctio e in diuinis et in angelis analogice. sed in diuinis nullo mo est a materia. q. deus e pura for. ergo **re.**
Ite psonalis discretio i creatura dicit maximā nobilitates. sed q. magis nobile e maxime elogat a materia et maxime accedit ad formā. ergo **re.**
Ite psonalis discretio dicit maximā auctoritatem in creatura. quia q. tale est nullo modo est ad aliez possibile. omne autē tale cōsequitur formā. non materiā. ergo **re.**
Ite nihil q. e unum in omnib. e principii discretionis. materia inq. est de se unica est. ergo nullo mo est principium discretionis. ergo nec discretionis psonalis.
Ite diffinitio ut uult philo est aggregati. ergo cū diffinit hō non forma tantum. sed compositū ex materia et forma diffinitur. ergo si homo in cōcludit in se materiā. et natura rōnalis sibi. sed si psona addit aliquid supra naturā euz non possit addere materiā. oportet q. ad dat aliquid formale.
Contra. Boetius Species est totum esse indiuiduorum. sed esse est a forma. ergo indiuiduū supra speciem non addit formā. ergo nec psona supra naturā. Si ergo aliquid addit. aut materiā. aut accidentia. sed p accidentia non potest esse discretio psonalis uel indiuidualis. ergo necesse e q. p naturā.
Ite si psona adderet aliquam formā supra materiā. ergo sicut spēs est diffinibilis q. addit differentiam et formā supra genus. ita etiam indiuiduum esset diffinibile. quod falsum est.
Ite si indiuiduum siue psona addit formā indiuiduantem supra speciem specialissimā. Quero utrū cōditor possit facere aliam formā p omnia illi cōsimilem. Et cōstat q. sic. quia nulla e forma accidentalis cuius similem non possumus cogitare. ergo similiter in substantia li. sed si facit simile illa est cōmunis pluribus. sed nihil tale est indiuiduum. ergo impossibile est discretionem psonalem esse a

principio formali superaddito specie. **Ite** ab eodem est discretio psonalis a quo est distinctio fm numerum. sed illa est a materia. sicut dicit philosophus in prima philosophia. Omnino materia numeraliter se habet. ergo **re.**
Ite ab eodem e psonalis discretio a quo est esse hic. siue hic et nunc. sed hoc est materia. quia in libro de celo et mundo dicitur. q. differt dicere celum et hoc celum. quia cum dico celum dico formā. cum dico hoc celum dico materiā. ergo **re.**
Ite in creaturis in q. bus est psonalis discretio per originem non est ob aliud nisi quia generans generat aliud. sed ut dicit philosophus. Generans non generat aliud nisi propter materiā. ergo in rebus creatis est psonalis distinctio propter materiā.
Responsio. Dicendum q. hic eadem est questio de in diuiduatione que nunc mouetur de psonali discretione. Et de ipsa fuit contentio iter philosophos uires. Quidam enim innitētes uerbis philosophi dixerūt. q. indiuiduatio uenit a materia. quia indiuiduum supra speciem non addit nisi materiā. et hoc ponebant. quia dixerunt uniuersalia solum dicere formas. et tunc primo tangitur materia quando puenitur ad hoc aliquid.
Aliis uero aliter uisum est. scilz q. indiuiduatio esset a forma. et dixerunt q. ultra formas speciei specialissime est forma indiuidualis et q. mouit hos ponere illud fuit. q. intellexerunt ordinem in formis fm generationes et naturam esse per eum modum per quem ordinantur in genere. ita q. forma generis generalissimi primo aduenit materie. et sic descendēdo usq. ad speciem. et adhuc forma illa non constituit indiuiduum. quia non est omnino in actu. sed ultra hanc formā. indiuidualis subsequitur. que est omnino in actu. sicut materia fuit omnino in potētia. Quelibz istarum positionum aliquid habz q. homini non multum intelligenti rationaliter uideri poterit im p.abile. q. materia que omnibus est cōmunis erit principale principium et causa distinctionis. ualde difficile est uidere. Rursus q. forma sit tota et precipua causa numeralis distincta. ualde difficile est capere. cum omnis forma

creata quoniam est de sui natura nata sit habere
alia simile. sicut et ipse philo. dicit etiam in sole
et lana esse. uel quoniam dicemus duo ignes differre
formaliter. uel etiam alia que plurificantur et nu-
mero distigantur ex sola diuisione et tamen ubi
nullius est noue forme inductio. Ideo est ter-
tia positio satis planior. quod indiuiduatio con-
surgit ex actuali coniunctione materie cum for-
ma. ex qua coniunctione unum sibi a propriat alte-
rum. sicut patet cum impressio uel expres-
sio sit multorum sigillorum in cera que pri-
us erat una. nec sigilla plurificari possunt si-
ne cera. nec cera numeratur nisi siue sunt
inde diuersa sigilla. Si tamen queramus a quo
ueniat principaliter. Dicendum quod indiuiduum
est hoc aliquid. quod sit hoc principaliter habet
a materia ratione cuius forma habet positi-
onem in loco et tempore. quod sit aliquid ha-
bet a forma. indiuiduum enim habet esse. ha-
bet etiam existere. existere dat materia for-
me. sed essendi actum dat forma materie.
indiuiduatio ergo in creaturis consurgit ex
duplici principio. Personalis autem discretio
dicit singularitatem et dignitatem. quod in qua
dicit singularitatem hoc dicit ex ipsa conti-
nuatione principiorum ex quibus resultat ipsum quod
est. sed dignitatem dicit principaliter ratione
forme. et sic patet unde sit personalis discre-
tio originaliter in creaturis loquendo siue in
hominibus siue in angelis. Que ergo obi-
ciuntur ad primam partem procedunt ratione no-
bilitatis et dignitatis. put tamen est in ipso
supposito siue que est. cuius distinctio uenit
in diuinis ex origine. in creaturis ex princi-
piis originalibus sicut in primo libro fuit os-
tensum. Si autem queratur quid est illud
comune secundum quod inest. Dicendum quod proprie-
tas dignitatis incommunicabiliter existens in
hypostasi. aliter tamen reperitur hic aliter ibi.
Omnes rationes sequentes procedunt uia predicta.
Quod obicitur ad oppositum. quod non pos-
sit esse a forma sed a materia. Dicendum
quod rationes ille probant ut patet quod non tota-
liter est a forma. quia forma nulla est indi-
uidua nisi propter coniunctionem sui cum ma-
teria. et uniuersalia similiter que dicunt for-
mas et non concernunt materiam nisi ratione
suorum indiuiduorum per quibus supponunt
quando diffiniuntur uel subiciuntur. unde ille

rationes cedende sunt quod indiuiduum non addit
aliam formam que sit indiuidualis de se.
Quod obicitur quod indiuiduatio est a ma-
teria. Dicendum quod per illas auctoritates non
datur intelligi quod materia sit principium indi-
uiduationis nisi sicut causa sine qua. non autem
sicut tota causa. nec tamen ita potest attribui
materie personalis discretio sicut indiuidua-
tio. propter hoc quod dicit dignitatem que prin-
cipaliter respicit formam sicut ostendunt ra-
tiones ad primam partem.

In parte ista sunt dubitationes
circa litteram. Et primo de
hoc quod dicit quod quattuor quidem
angelis uidetur esse attributa.
Primum quia uidetur sibi contradicere in
enumeratione. Enumerat enim sex sicut
patet. que sunt essentie simplicitas. persona-
lis discretio. memoria. intelligentia. uolun-
tas et liberum arbitrium. Item uidetur
contradicere in repetitione. Dicit enim in se-
quenti capitulo quod gratia est consideratio. scilicet
circa substantiam. formam. et potestatem. Querit
ergo de sufficientia illorum quattuor. ui-
detur enim quod multo plura debent attribui
scilicet incorruptibilitas. spiritualitas et huiusmodi
ex parte essentie. ex parte potentiarum etiam
irascibilis et concupiscibilis. et ita competit
eis ingenium sicut memoria. Item uidetur
superfluitas. quia liberum arbitrium non dis-
cernitur a ratione et uoluntate. ergo non debe-
ret quarto loco connumerari. Item tertium
attributum quod est ratio. aut accipitur per
cognitiua tantum. aut per cognitiua et motiua. si pri-
mo modo. ergo male diuiditur in intelligen-
tiam et uoluntatem. si secundum modum. ergo superflu-
it liberum arbitrium. Responsio dicendum
quod illa attributa sunt convenientia angelo per
naturam suam. et in sui creatione tanquam pri-
cipalia a quibus alia habent ortum. et sumi-
tur sufficientia sic. In angelo non est consi-
derare esse et posse siue substantiam et po-
tentiam. Et circa substantiam duo. scilicet quo est.
et penes hoc est substantie simplicitas. uel
ipsum quod est. et penes hoc est personalis discretio.
Similiter circa posse est considerare ipsam
potentiam. et penes hoc est tertium scilicet ratio

imagine in se. Est iterum considerare facultatem potentie, et penes hoc est quartum attributum scilicet liberum arbitrium. Vel aliter angelus habet quadrupliciter considerari. scilicet in se, et sic essentie simplicitas. Ad alterum angelum, et sic personalis discretio. Ad deum et sic memoria et intelligentia et voluntas, in quibus consistit ratio imagine in comparatione. Ad ea que subiecta sunt eorum figuramini, et sic habet liberum arbitrium. Vel aliter et magis secundum consonantiam ad ea que dicuntur in littera, quia in angelo est considerare substantiam, formam, et potentiam. Substantia autem considerari potest dupliciter sicut dictum est, et sic competit simplicitas, et personalitas forme attribuitur imagine pulchritudo siue uenustas, potentie attribuitur libertas. Et sic patet quod quattuor reducuntur ad tria. Patet etiam quoniam tertium attributum in tria diuiditur, in quibus consistit imago. Patet etiam quod tertium attributum differt a quarto. Patet etiam sufficientia et ratio etiam ad obiecta, quia hic enumerantur attributa principalia. Item queritur de hoc quod dicitur. Differentie essentie tenuitate habuisse intelligitur. Contra. Simplicitas respicit essentiam siue substantiam sicut dicitur in littera, sed substantia non recipit magis et minus, ergo non. Item simplex dicitur priuationem compositionis, sed priuationes non recipiunt magis et minus, ergo non. Item magis et minus si alicui imponitur hoc est per immixtionem cum suo opposito. Simplex spiritus non est immixtus alicui compositioni que sit opposita simplicitati angelice et habet omnes easdem compositiones, ergo omnes sunt equaliter simplices. Responsio. Ad hoc dicendum. In angelis est gradus simplicitatis, et hic manifestat gradus uirtutis, quia unus angelus est potentior altero, et quanto in spiritualibus aliquid est simplicius tanto uirtuosius. hoc etiam manifestat appropinquatio ad deum. Si enim per naturam unus est deo propinquior altero, et similior, ergo magis accedit ad dei simplicitatem. Manifestat ulterius hoc ipsa cognitio, quia unus alterum purgat pellendo ignorantiam, ergo unus altero purior et simplicior. Et ideo bene dicit Augustinus quod est gradus in

simplicitate essentie. Quod ergo obicitur quod substantia non recipit magis et minus. Responderi potest per interpretationem, quia una creatura ueriori modo est ens quam alia. Quod dicitur substantia non recipere magis et minus hoc intelligendum est logice. Vel dicendum quod aliud est dicere essentiam, aliud simplicitatem essentie, et simplicitas est proprietas essentie. Quod obicitur, quod dicit priuationem. Dicendum quod et si dicat priuationem non tamen pure priuationem, quia aliquid ponit, et ideo potest recipere magis et minus. Quod obicitur de immixtione. Dicendum quod illud non habet ubique ueritatem, sed in his oppositis quorum utrumque est aliqua natura. In aliis uero est per maiorem accessum ad suum summum. Unde maior simplicitas est in angelo non propter paucitatem compositionis, sed propter accessum maiorem ad summe simplex hoc autem est propter nobilitatem forme, sicut ignis potest dici in corporalibus simplicior aere. Item queritur de hoc quod dicitur. In ipsa facultate atque differentia aduertenda est. Contra. Liberum arbitrium est liberum ab omni coactione, nec potest aliquo modo cogi, ergo in libertate arbitrii non potest esse gradus. Responsio. Dicendum quod libertas arbitrii dupliciter potest considerari. Aut in quantum dicit facultatem et facultates ad ex eundem in opus, et sic dicit positionem et consequitur rationem et uoluntatem, et iste potentie consequitur substantiam, et secundum quod substantia simplicior, sic et potentie excellentiores et facultas maior, et sic est ibi gradus, et hoc modo loquitur Augustinus. Alio modo accipitur priuatiue ut dicatur libertas per priuationem coactionis, et hoc modo est equalitas, quia est priuatio interior et sic opponit. Item queritur de hoc quod dicitur. quod equaliter sunt in hoc quod dicit spiritus sunt et immortales sunt. Contra. Ideo sunt spiritus et immortales quia sunt simplices, sed non sunt equaliter simplices, ergo non. Responsio. Dicendum quod secundum quod spiritus priuat corruptionem, et immortalitas priuat corruptionem, quia utrobique et respectu omnium angelorum est priuatio horum utriusque, ideo dicit ista esse equalia, nihilominus tamen si attendatur ad id quod ponis, est ibi, sic possit esse gradus

3
sicut opponit Magr. accipit fm sensu vbo
rum magis consuetum. 7 fm q. huiusmodi
nomina consueuerunt intelligi a nobis.

Illud quoque investigatione dignum
videtur. **S**upra egit Magr
de naturalib' attributis ipis an
gelis. **I**n hac pte agit de ha-
bitibus supadditis. hoc p natura. **D**iuidi-
tur autem hec ps in tres. **I**n prima agit de
naturalib' bonitate. **I**n scda de naturali co-
gnitione. ibi **H**ic queri solet quā sapiam
In tertia de naturali dilectione. ibi **S**olus etiā
queri. **P**rima ps habet tres. **I**n pria
opponem falsam ponit cū cōfirmatione sua.
In scda uero ponit oppōnes uerā similiter
cū sua cōfirmatione. ibi **A**lias aut uidet. **I**n
In tertia opponem falsam exterminat 7 rō-
nes ei' 7 auctoritates explanat. ibi **I**doq;
Aug. exterminans. **E**t sic in grosso tria
determinat. **P**rio quales creati sunt angeli
q̄stum ad bonitatem et malitiam. **S**cdo q̄stus
ad cognitionem. **T**ertio q̄stus ad dilectionem.

In intelligentia hui' ptis circa
tria iacit hic questio fm tria q.
Magister determinat. **P**rio
querit d. q̄litate quā habuit an-
gel' i sua creatioe. **S**cdo q̄ritur d. sua na-
turali cognitione. **T**ertio uero de naturali
dilectione. **C**irca primū querūtur duo.
Prio **U**trū de' fecerit ipm malus. **S**cdo
dato q. nō **U**trū in prio istati sue creatio-
nis ex propria uoluntate fuerit malus.
Et q. aut de' fecerit ipz malū uidet p aucto-
ritates q̄s adducit Magr in lra. uidet etiā
p rōnes. q̄a oppositio mali ad bonū deco-
rat uniuersum 7 offert salutē 7 gl'ie beatorū.
cū ergo de' posset i oēm decore 7 in omne
q̄ō utile ē salutē electorū. itēz ipz facere sit
ueniens. ui del' q. de' nō tantū fecerit ange-
los bonos. sed etiā malos 7 caput malorū. s.
ipz lucif ex. **E**t hoc ē q̄ uidetur dici **Eccl.**
xxxij. **C**ōtra malū bonū 7 cōtra mortē ui-
tā et contra uirum iustum peccatorem. 7 sic
intuere in omnia opera altissimi. **I**te hoc
uidetur ex ordine inter naturam q. est apta

nata habere iusticiam 7 habet. et inter natu-
ram que non ē apta nata habere nec habet
cadit media illa natura que ē apta nata ha-
bere 7 nō habet iusticiā. sed de' pōt facere
extrema 7 congruit eū facere. ergo pari rōe
pōt et congruit ei facere media. ergo natu-
raz que ē apta nata habere iusticiam 7 non
habet. congruit eū facere. sed talis est natu-
ra mala. s. creatura rōnalis mala. ergo **res**

Item hoc ipsum uidetur a simili. **S**icut
natura rōnalis est mala que nō habz iusticiā
ad quam est nata. ita creatura irrōnalis si nō
habet opationē ad quam nata est. unde ca-
nis cum sit natus ad latrandum si nō habe-
at latratum est malus. ergo cum de' possit
creaturas facere deficientes opatiōibus ad
quas nate sunt. utputa canē nō latrantem 7
oculum cetū. pari ratione potest facere uo-
luntatem carentem iusticia. **S**i tu dicas q.
non ē simile. quia creatura rationalis ime-
diate ordinatur ad deum. non sic irrōnalis.
Obiicitur tūc ulterius q. intellectus noster
imediate ordinatur in deum. sed de' potest
facere intellectum carentem scia ad quā est
sine quā debet habere. s. ignorantē. sicut
dicit **Aug.** q. si deus talem condidisset ho-
minem ante peccatum qualis nunc ē. nemo
posset ex hoc accusare. in tertio libro de li-
b' arbitrio. **I**tem hoc ipm uidetur a minori.
Mas dependet materia a forma pfectiua 7
magis est ipsecta in genere creaturarum si
ue entium q̄ faciat rōnalis natura a iusticia
sed hoc manifestū est. quia materia sine for-
ma est ens omnino incompletū. sed creatu-
ra rōnalis sine iusticia habet quoddāmodo
esse completum. cū ergo deus fecerit ma-
teriam informem ad minus sine distinctioe
formaz sicut dicit multi sancti. ergo pari
ratione potuit facere angelū sine iusticia quā
debeat habere. sed **Ansel.** dicit q. malum
nihil aliud ē q̄ priuatio boni ubi debz eē.
ergo uidetur. **C**ontra. **G**enesis pri-
mo. **U**i sit deus cuncta que fecerat 7 erant
ualde bona. ergo cūz ualde bona supponāt
bonum. cuncta que deus fecit erant bona.
ergo nihil malum. **I**tem **Dionys.** Opti-
mi est optima adducere. ergo si de' ē opti-
mus. non potest ergo pducere malū ita q.
faciat malitiam in eo. **E**t eodē libro d. diuina
D 5

nomibus dicit q̄ sicut a calido non egreditur nisi calidum. ita nec a summo bono nisi bonum. ¶ Item omne quod deus indidit unicuique rei a con-dictione est ei naturale. ergo si deus fecisset angelum malum esset ei malitia naturalis. sed p̄ naturalibus nemo est uituperandus. nemo puniendus. ergo nec uituperandus nec puniendus esset diabolus.

¶ Item si aliquod factum uitium facit aliquem dignum pena. magis facit auctorem dignum q̄ alium. si ergo diabolus ob suam malitiam dignus est pena. si deus eum fecisset malum. magis esset deus dignus pena q̄ diabolus. ¶ Responsio. Ponere q̄ diabolus a deo habuit originaliter sibi inatam malitiam uoluntatis. non tantum falsum ē imo hereticum. et est falsum q̄ in se habet euentiam sue falsitatis si quis avertat.

Nam opus dei eo ipso q̄ opus dei est. necesse est ipsum esse laudabile. esse ordinabile. esse acceptabile. p̄fectum uel p̄fectibile.

Nihil enim facit deus q̄ non deceat suam maiestatem. si ergo magnus dominus et laudabilis nimis. et intantum laudabilis q̄ non tantum in se sed etiam in nullo opere p̄t uituperari iuste. imo in omnibus digne laudari. impossibile est q̄ faciat opus uituperabile q̄tū est de ipso auctore. sed malum eo ipso q̄ malum culpe. dignus est uituperio. ergo impossibile est q̄ a iqua creatura ab ipso habeat istā con-dictionem. ¶ Et rursus non tantum malum dignum est uitupio. imo etiam quoddāmodo redundat in dei uituperium. si ergo deus faceret creaturam malam ipse faceret sibi uituperium et contumeliā. ¶ Necesse est etiam esse ordinabile. quia nihil facit nisi q̄ deceat suam sapientiam. sed nihil quod deus facit est ordinabile in penam. quia tunc deus destrueret opera sua et ita se priuicatore constitueret. Deus enim illius est ultor cuius non est actor. ergo si deus facit creaturam malam malicia culpe. erit ergo ordinabilis et n̄ in pena. ergo malum culpe maneret iustus siue in punitum saluo ordine uniuersi. sed hoc est impossibile p̄ se. quia tunc malum esset bonum p̄ se si aliter esse ordinatum. ergo si deus faceret creaturam malam. creatura non esset mala. ¶ Necesse est etiam q̄ sit

acceptabile. Nihil enim facit deus nisi q̄ uult. sed omne q̄ deus uult iusta et bona uoluntate uult. ergo cum omne q̄ iusta et equa uoluntas approbat sit omnibus acceptabile. si deus faceret malum malum esset omnibus acceptabile. ergo acceptare malum esset bonum. pari ratione et facere. ergo malum esset bonum. ¶ Necesse est etiam q̄ omne q̄ deus facit sit p̄fectum uel p̄fectibile. cum dei p̄fecta sint opera. ergo omne quod est in opere dei a deo. uel est de p̄fectione uel inclinatur ad p̄fectionem. si ergo malitia est a deo in creatura rationali. ergo uel est de p̄fectione angeli uel disponit ad p̄fectionem. sed nihil tale deordinatur. ergo malum non deordinaret. et si non deordinaret non noceret. ergo malum esset aliquid et non noceret. Cum ergo hic sint quattuor inco-possibilia manifesta. manifestum est q̄ falsum est et impossibile deum fecisse angelum originaliter malum. et uenit ista impossibilitas ex summa p̄fectione et nobilitate operantis et uilitate mali culpe. ¶ Prius enim illas quattuor conditiones nobiles quas necesse est esse in omni diuino opere. nō q̄a de- teneatur operi illas dare. sed quia non de- eius uoluntatem aliter operari uel facere.

¶ Ad illud ergo quod obicitur. q̄ facit ad decorem. Dico q̄ est mali p̄ductio et p̄ducti ordinatio. productio mali fedat et turpat q̄tū est de se. sed ordinatio decorat. et quoniam deus non potest fedare sed decorare. ideo non potuit producere sed ordinare s̄m antithesim. et s̄m hoc intelligit Eccl̄. contra bonū malum. non quia deus fecerit. sed quia in suis operibus q̄ factus inuenit ordinauit. ¶ Ad illud q̄ obicitur de natura que nata est habere iusticiam. Dicendum q̄ cum dico naturam priuatam iusticia duo dico. s. q̄ natura est a q̄ priuata. in quantum natura tenet medium et sequitur arbi. in quantum uero priuata non tenet medium. immo locum infimum. imo ipsa priuatio nullum habet medium q̄tū est de se. quia nihil est. et ideo non ualet q̄ eam priuatam fecerit. Et si tu obicias. q̄ maior priuatio est non habere nec actū nec aptitudinem q̄ habere aptitudinem et non actum. Dicendum q̄ maior priuatio sit

accipiatur large priuatio. sed ista priuatio ē
diformis. illa non. vnde cum dico lignum
non uidet dico negationem. sed non disfor-
mitatem. cum dico homo non uidet dico
utrumq. sic patet illud. Ad illud quod
obicitur a similibus aliis naturis et a minori
in ipsa materia. Dico q. non est ibi locus
a simili nec a minori si bene consideretur.
Malum enim culpe aliter importat deordi-
nationem siue priuationem ordinis q. ma-
lum nature uel culpe. quia sicut dictum est
distinctione xliij. primi libri. Malum culpe
dicit deordinationem siue priuationem ordi-
nis principalis. qui solus est imago ad deum
immediate. Malus uero nature uel culpe de-
ordinationem ordinis non principalis. sed
particularis. hinc est q. deus salua conde-
centia sue bonitatis et sapientie potest facere
rem malam malitia pene uel defectum na-
ture. non sic priuatam ordine iusticie ex ea
parte qua procedit ab ipsa dispositione di-
uine sapientie. vnde non sequitur. potest
deus facere hominem cecum. ergo potest
facere iniquum.

Secundo queritur. Utrum an-
gelus in primo instanti sue cre-
ationis fuerit malus a causa proprie
uoluntatis. Et q. sic uidet
auctoritate canonum Joannis tertio. Di-
abolus ab initio peccauit. sed nihil est ante
initium duratione. ergo nulla creatura pre-
cessit duratione angelicus peccatus. Itē
Aug. xi. sup. Genesim ad litteram. Non
frustra putari potest initio temporis diabo-
lum supbia cecidisse. nec fuisse ullum antea
tempus quo angelis sanctis pacat⁹ uixe-
rit et beatus. sed in ipso primordio creatu-
re a suo creatore apostatasse. Si tu dicas
mibi q. hoc non dicit fm suam opinionem
et bene. quia ibidem ubi Augustinus ponit
istam opinionem alias etiam multas ponit
quas non tenet. Obicitur q. hoc dixerit
fm suam opinionem. quia ipsius opinio fuit
q. omnia simul essent condita. et per lucem
intelligit angelicam creaturam formatam. p
tenebras intelligit auersam a deo. ergo si
simul lux facta est et a tenebris diuisa. simi-

cum rerum prima conditione fuit peccatus
angeli. et ita uidetur q. nulla fuit omnino
ibi mora. Item ratione uidetur. Aliq
creatura corporalis est que simul in eodem
instanti est et opatur. sicut lux statim cu est
lucet. et Augustinus dicit q. lux et splen-
dor sunt coeui. et si esset lux eterna splen-
dor esset eternus. ergo cum spiritualis natu-
ra sit magis uel eque actualis ut corporalis.
ergo potest esse q. in primo instanti cum ē
sit in suo actu. sed actus eius est uelle. ergo
statim cu est potest uelle. ita q. esse nō prece-
dit uelle tempore siue duratione sed solum
natura. sed qua ratione uelle potest bonum
eadem ratione malum. ergo cu uolens ma-
lum sit malus. in primo instanti potuit esse
malus. Si tu dicas q. potest habere opera-
tionem coeui naturalis. sed non liberi ar-
bitrii. Contra. Liberum arbitrium ē sub
deo potentissimum sicut dicit Bernardus. et
nihil habet retardans in angelo nec ligans
sed statim cu est perfectus est. et pot ope-
rationem illam habere. Item si oculus
crearetur cu actualitate uirtutis uisive et im-
pressionem speciei simul esset et uideret. cum
ergo angelus a sui prima conditione ha-
buit intellectum agentem et species tunc ina-
tas ut post patebit. ergo simul fuit et intel-
lexit. pari ratione et simul fuit et uoluit.
Si tu dicas q. uelle et intelligere fuit in di-
uersis instantibus. Contra. Intelligere
angeli est simplex et in instanti potest esse
similiter et uelle. sed nihil prohibet duo in-
diuisibilia esse simul. ergo nihil prohibet q.
intelligere et uelle cum sint indiuisibilia sal-
tem ratione indiuisibilitatis simul esse. sicut
ultima duarum linearum contiguarum simi-
sunt. Item hoc ipsum ostenditur per si-
mile. quia anima rationalis simul tempore
conditur et utitur. nec est ibi aliqua oppo-
sicio. ergo similiter uidetur q. in angelo ē
potuerit q. simul fieret et uteretur. non ta-
men a deo sic nec originale peccatum est a
deo. aut si non ē simile. ego quero rōnem
quare anima hec duo potest habere simul
non angelus. Si dicas mibi q. ab actu alie
no inficitur anima scilicet a corpore. sed ange-
lus a se. hoc nihil est. quia ita cito angelus
fuit cognitus a se sicut ab alio. ergo pari

8

ratione ita infici potuit ab actu proprio sic alieno. ¶ Sed contra. *Eze. xxviii.* In deliciis paradisi fuisti plenus sapientia et perfectus decore. ergo et. ergo cum hoc intelligatur de diabolo sicut exponit glose. fuit ergo aliquando sine peccato. ¶ Item hoc dicit *Augustinus xi. de ci. dei cap. xv.* In deliciis paradisi dei fuisti cum lapide preciosissimo ornatus es. ubi aliquando intelligitur fuisse sine peccato. ¶ Item ratione uidetur. Omne peccatum actuale exit in esse per actum de liberationis. sed ubi deliberatio ibi collatio et successio de necessitate. ergo si peccatum sequitur deliberationem angeli. peccatum sequitur angelum. non tantum natura. uerum etiam duratione. ¶ Si dicas quod angelus propter intellectum dei formem deliberat in instanti et simul uidet et deliberat. Ostendo quod non potest esse. Angelus enim ad hoc quod appeteret necessario tria precognouit. et appetibile. et cui appetebat. et rationem mouentem. Aliqua enim ratio fuit que excitauit. sed ista sunt diuersa. et impossibile est per naturam aliquam potentiam simplicem simul et semel ad plura conuertere. propter quod etiam dicit philosophus. quod intelligimus unum solum. ergo si non simul. successive ergo cognouit. ¶ Item angelus quando conditus est. aut factus est cum sua operatione actuali. aut absque operatione actuali. si absque operatione actuali. ergo post tempus peccauit necessario. si cum sua operatione actuali. sed non deuit deum creare aliquid rei nisi operationem nature sue convenientem. cum ergo actio disformis potius sit nature disconueniens. patet et. ¶ Item hec duo sunt una per se. quod nullus in illo instanti quo peccat potest uitare peccatum. et nullus peccat actuali peccato in eo quod uitare non potest. sed si angelus peccauit in illo instanti non potuit in illo uitare nec in aliquo quod esset ante illud nec post. ergo non potuit uitare. sed si non potuit uitare non peccauit. ergo si peccauit in primo instanti non peccauit. ¶ Item malum est corruptiui boni. sed non corrumpitur nisi quod est uel fuit. ergo in angelo aliquid fuit quod amisit per peccatum. ¶ Tunc ergo quero. Utrum in primo instanti peccauerit an non. si non. tunc habeo propositum. si sic. ergo

peccauit subito. sed cum in subita mutatione simul sit fieri et factum esse. simul erit corruptum et corruptum esse et ita non est. ergo bonum in primo instanti non est. sed non corrumpetur nisi fuerit. ergo in eodem instanti fuit et non fuit. et ita contradictorie opposita sunt simul natura. sed hoc est impossibile. Et propter hoc uult philosophus. quod inter mutationes contrarias de necessitate sit quies media. ergo inter illius boni productionem et ad eptionem fuit quies media. et ita morula. ¶ Si dicas sicut dicitur de anima rationali. quia similiter potest ibi obici quod non adimit bonum quod in fuit. sed quod in fuisse si non peccasset. nunquam enim fuit iustus et bonus. sed fuisse si non peccasset. Contra hoc est *Augustinus de corruptione et gratia.* Ille in ueritate non stetit. dictum est de diabolo. quia ibi fuit sed non permansit. ergo illa responsio nihil ualet hic. ¶ Responsio dicendum quod antiqua positio fuit aliquorum. quod simul tempore fuit diabolus et peccauit. nec unquam fuit nisi malus. et uidetur *Augustinus* illam approbare super *Beneficium ad litteram.* et ideo aliqui moderni eam tenuerunt. Sed quoniam sicut expresse dicit *Augustinus in xi. de ciui. di.* predicta positio accedit ad primas que est heretica et ita quasi heresim sapit. Communis opinio magistrorum parisiensium est. quod duratione condicio angeli precessit lapsum. et de comuni consilio magistrorum positio opposita excommunicata est ab episcopo parisiensi. Ideo tanquam magis ueram et catholicam et magis probabilem et communem opinionem dico illam esse tenendam. quod morula fuit inter creationem et lapsum licet puula propter quam sancti et expositores et ipsa scriptura loquitur de malitia diaboli quasi semper fuisset in ea. quia illo modicum quasi pro nihilo reputatur. Ex hoc patet responsio ad primum. quia ut dicit *Augustinus.* Sensus est. diabolus ab initio peccauit. id est statim post initium. ¶ Ad illud quod obicitur de *Augustino.* Dico quod dicitur alienam opinionem. quod patet. quia contrarium dicit *xi. de ciuitate.* Et quod obicitur quod ipse posuit omnia simul facta. Dicendum quod uerum est quantum ad esse naturale. sed non quantum ad bene esse. unde posuit quod

lux corporalis simul esset et diuisa esset a
tenebris. similiter q̄ non est ordo materia
rum dierū. sed bene posuit ordines spūaliū
dierum fm̄ septēplīcem conuersionem in-
tellectus angelici supra res. ¶ Ad illud qđ
obicitur. qđ statim fuit in actu. Dicendum
qđ quidam hoc negant in omni creatura.
quia tamen Augustinus uidetur dicere cōtra-
rium in luce et splendore. concedam⁹ etia
in angelo. sed tamen non fuit statim i angelo
in actu electionis. quia illum antecedit deli-
beratio et p̄cognitio plurium. quia sicut di-
ctum est in opponendo non possunt esse si-
mul non propter oppugnantiam actū uel
simplicitatem. sed propter simplicitatem in-
tellectus angelici qui una conuersione totus
capitur intellectus ab uno obiecto. ita qđ in
compossibilis est in illo instanti conuersio
ad aliud obiectū. et sic patet responsio ad
duo sequentia. ¶ Ad illud autē qđ obicitur
de peccato anime. Dicendum qđ non est
simile. quia peccatum in anima non fit per
actualem deliberationē. sed fit per unionem
ad carnem infectam. et quoniam unio est in
instanti. deliberatio et collatio non. ideo nō
est simile hic et inde.

Quia secundum principale et
circa angeli naturalem cogniti-
onem duo queruntur. ¶ Prīmū
est de cognitione ipsius creatu-
re. ¶ Scđm de cognitione creatricis eēntie.

Queritur ergo primo. An
angelus omnia creata que co-
gnoscit cognoscat per species
innatas. aut aliqua per species
acquisitas. ¶ Et qđ omnia creata cognoscat
per species innatas uidetur sacra scriptura
uelle. Eze. xxviii. Tu plenus sapientia et
perfectus decore. dicitur ad diabolum. sed
non esset a sua origine plenus sapientia ni-
si esset in eo plenitudo specierum per quas
contingit res cognoscere. ergo cum plenitu-
do sufficiat unicuique. uidetur qđ spēs innate
sufficiant angelo ad omnia cognoscenda.

¶ Item per Aug. ix. de trinitate. Dens

ergo ipsa sicut rerum corporearū noticiā
per sensum corporis colligit sic incorpo-
rearum per semet ipsum. Et huius rōnes
aliā non assignat nisi quia species incor-
poralium non potest fieri in sensu. et species
acquiritur mediāte sensu. sed angelus nul-
lum habet sensum. supponatur modo. ergo
nullius noticiā acquirit suscipiendo spēm
siue acquirendo spēm nouam. ¶ Itē hoc
ipsum uidetur per auctoritatem libri 8 cau-
sis. Omnis intelligentia est plena sois.
sed si species reciperet non esset plena. er-
go. ¶ Item talis consuevit assignari
differentia inter intellectum angelicū et hu-
manum. qđ humanus propter coniunctionem
cum corpore est possibilis. angelicus uero ē
actualis. si ergo recipere nō est nisi rei ex-
istentis in potentia fm̄ qđ huiusmodi. patet
et. ¶ Item qđ ista differentia sit cōueniens
uidetur. Intellectus enim diuinus est i om-
nīmōda actualitate. ita qđ omnino nihil pōt
recipere. intellectus uero humanus quādo
creatur est sicut tabula rasa et ita in omni-
mōda possibilitate. ergo si inter hec extre-
ma possibile est reperire mediū possibile
scilicet in quo sit possibilitas actui cōiuncta.
et talem non est dare nisi angelicum. ergo

¶ Item triplex est esse rerum. habent eim
res esse i uerbo. et i intellectu angelico. et in
mundo fm̄ qđ triplex eē dicit Aug. illud eē
dictum. fiat et fecit et factum est. sed eē re-
rum intellectu angelico magis accedit ad
esse rerum in uerbo qđ eē rerum in mundo.
ergo cum in uerbo fuerint plenissime. i ma-
iori plenitudine sunt in angelo qđ in mundo.
uel in eque magna. sed deus ab initio mun-
di tradidit rebus rationes causales fm̄ quas
cetera fierent et nihil diceretur nouum. quia
requieuit deus die septima. ergo multo for-
tius uidetur qđ angelo impressit similitudi-
nes et rationes fm̄ quas posset cogitare ce-
tera faciēda. ergo sine receptione noua.

Sed contra. Ephe. tertio. Ut inotes-
cat principibus et potestatibus multiformis
sapientia dei. Glosa dicit ibi qđ angeli mul-
ta didicerunt ab ecclesia. ergo multorum
species receperunt et acquisierunt. ¶ Itē
si p spēs innatas omnia cognoscit. ergo a
natura sua omnia scit. ergo p̄sentia et futura

necessaria et cōtingentia. naturalia et uoluntaria. quod manifeste falsum ē et contra scripturas. ¶ Item si omnia cognoscit per species innatas. habet penes se ipsum ratione cognoscendi omnia. ergo ita bene cognoscit absentia sicut presentia. ita longinqua sicut propinqua. ergo diabolus existens in inferno scit quicquid fit in mundo. ¶ angelus qui est hic quicquid fit in angliā. quod manifeste falsum ē et contra scripturam que de multiplici missione angelorum loquitur. ¶ Item si omnia cognoscit per species innatas. aut non cognoscit singularia. aut habet species omnium singularium. primum est falsum et inconueniens quod angelus singularia non cognoscit. cum hominibus specialibus ministret et ad specialia et singularia ministeria dirigatur. si autem habet species omnium singularium. ergo cum possint augeri in infinitum habebit species infinitas. aut fiet aliquando aliquod singulare quod non poterit cognoscere. ¶ Si tu dicas quod angelus cognoscit singularia per species uniuersalium. ¶ Contra. In specie uniuersalium non distinguuntur. ergo non cognoscit distincte. ¶ Preterea. Species uniuersalium non assimilatur cuilibet singulari assimilatione perfecta. ergo perfectius cognoscit homo quam angelus. ¶ Si tu dicas quod angelus appropriat illas species applicando ad singularia. ¶ Contra. Omnem applicationem non fortuitam precedit cognitio. si eis non cognoscit illum cui applicat. quomodo uult illi speciem applicare. et iterum quare magis illi singulari applicabit speciem hominis quam asini. ergo ante applicationem cognoscit singulare. ¶ Preterea. Aut cognoscit post applicationem. aut non. si non. ergo angelus non potest tenere in memoria cognitiones alicuius singularis. quod manifeste falsum ē. si sic. ergo remanet in memoria aliqua noua species cum aliquid cognoscat quod prius non cognouit. et ita in illa recipit aliquam speciem. ergo ¶. ¶ Responsio. Dicendum quod omnes qui aliquid intellexerunt. hic posuerunt quod angelus cognoscit res creatas per species nisi sit talis que essentialiter sit in angelo. Cognoscere autem res omnino per se ipsum hoc est solius illius qui ē actus purus et perfectissimus. et ideo idea. et cā

omnium et efficiens et exemplaris se ipso non alio quodam. sed tamen in modo ponendi species diuersificati sunt. Aliqui. n. posuerunt quod angelus omnia que nouit per species scit per species innatas. et huius positionis tradunt modum et causam. ¶ Modus enim hic est. quauis in angelo sint innate species in numero finito scilicet rerum que sunt de prima constitutione mundi. tamen sicut deus in prima conditione indidit rationes causales et seminales rebus ad se multiplicandis. ita tradidit etiam speciebus quas impleuit angelico intellectui. et ita omnia posuit sine extrinseca receptione cognoscere. Causam autem huius assignant. quia cum receptio fiat per quādam abstractionem et proportionem. ad que concurrunt tanquam dispositiua organum et medium et uirtutes inferiores et hoc non sit in angelo reperire. Dicunt quod nihil ab extra potest recipere. Sed huius positionis modum facile non est intelligere. quia difficile est uidere quare ratione species possint multiplicari. Nam species unius rei non generat speciem omnino differentis rei. nec eadē species se multiplicat in anima secundum numerum cum in una sit anima. sicut unius obiecti una est species in uno speculo indiuiso. Causam autem credo esse falsam. quia planum est quod angelus habet intellectum possibilem cum non sit purus actus. Planum etiam est. quia habet agentem maioris uirtutis quam si esset corpori alligatus. si ergo alligatus potest abstrahere et impossibilem imprimere. quanto magis intellectus liber et seueratus hoc potest. Ideo est alia positio quod angelus quedam cognoscit per species innatas. ut puta necessaria et naturalia et que fuerunt cum angelo concreatā. sed fortuita et uoluntaria et futura contingentia intelligit per species acquisite et receptas. Angelicus enim intellectus est possibilis respectu huiusmodi specierum. non tamen est tanta possibilitate possibilis ut humanus. quia humanus est possibilis omnino propter nuditatem. est etiam possibilis propter coniunctionem cum fantasmatibus. angelicus uero neutro modo sed possibilis est respectu predictorum cognoscibilium. Cum enim non habeat cā

certam, solus deus qui se ipso cognoscit est in actu respectu talis cognitionis. et ille qui cognoscit in deo uel per reuelationem factam a deo. angelus uero qui indiget informati one speciei per naturam est respectu talium in potentia, non actu. Sed hec positio uidetur in se claudere duo opposita, scilicet quod angelus habeat species uniuersalium et suscipiat post species singularium. Spes enim singularium eiusdem speciei non differunt nisi numero, et impossibile est accidere ei⁹ dem speciei diuersa numero esse in eodem subiecto, ergo nullus intellectus potest habere plures species hominis. sed si habet unam innatam, non potest aliam eiusdem speciei recipere, sicut nec due albedines sunt in eodem corpore. quod si dicas duarum albedinum similitudines esse in eodem aere, et diuersa lumina eiusdem nature ut dicit Dionysius, et facies duorum hominum in eadem imagine, non est simile, quia idola et lumina in medio distinguuntur per suas origines, diuersae figure possunt in genere figure differre specie, aliter sufficit species figure cum numero, sicut possumus tres species omnino similes confingere, et sic uidetur dicta positio contraria. Amplius si species est totum esse formale indiuiduorum, ut dicit Boetius, nec est indiuiduatio nisi ex coniunctione forme cum materia, si species existens in intellectu omnino abstrahit a materia, nullo modo in eodem intellectu est ponere diuersas species siue formas solo numero differentes, et sic redit idem quod prius, scilicet quod si intellectus angelicus habet omnium uniuersalium species innatas nullam ulterius speciem recipit, sed sufficienter per illas omnia cognoscit. Et ideo est tertia positio quod angelus omnia cognoscit per species innatas, non quia non possit recipere species, tunc enim si deus crearet aliquid nouum in specie necesse esset angelum ignorare, quod si falsum est, posset recipere, et ideo hec non est ratio, sed hoc quod deus intellectum angelicum possibilem tot speciebus impleuit quod per illas poterat omnia cognoscere sine omni receptione noua. et ideo dicitur intellectus angelicus esse in actu respectu rerum, non quia se ipso sit in actu, uel quia sit actus, sed per species factus est in actu. Et modus et

intellectus istius positionis est hic. Deus enim in angelis concreauit species uniuersales omnium sciendarum rerum, et per illas certum est quod potest omnia uniuersalia cognoscere, potest etiam et singularia, sed non nisi componat ad inuicem, ut patet. Si ergo habeo penes me speciem figure, speciem hominis, speciem coloris et temporis, et componam ad inuicem sine noua receptione speciei cognoscam indiuiduum in propria natura, sed quia talis compositio nisi esset secundum rectitudinem et correspondentiam ad ipsam rem esset fictio et deceptio, ideo angelus huiusmodi indiuidua et singularia non cognoscit nisi dirigat aspectum supra ipsum cognoscibile, et secundum illud quod est in re ipse componat species in se, et tunc habet ita claram et certam cognitionem de re sicut si species statim reciperet. Et hec positio magis placet, quia concors est rationi et philosophiae et sacre scripture, et patet responsio ad omnia obiecta si bene intelligatur. Ad illud enim quod obicitur, quod angeli didicerunt etc. Dicendum quod hec positio bene ponit angelos multa discere, sed non propter hoc spes nouas recipere, nec illud est impossibile. Ego eis habeo spiritum hominis et animalem dum scio unam conclusionem de eis, sed per multiplicem conuersionem et collationem poterit circa easdem res per easdem spes noua cognitio generari per diuersas compactiones et habitudines, et ita aliquid addiscam, sed non nouam speciem recipiam, sic et angeli multa didicerunt, tamen ex propria industria, tum ex reuelatione tum ex experientia. Ad illud quod obicitur, quod tunc cognosceret contingencia et absentia. Dicendum quod sicut tactus est, ad cognitionem harum rerum particularium maxime contingentium non sufficit habere spes innatas nisi aspectus angelicus conuertatur, et conuersio requirit rei existentiam uel in se uel in causa, requirit etiam presentiam, eo quod uel angelica est finita, ideo in appropinquatione aliquam proportionalem est cum se conuertit ad rem extrinsecam, ita patet quod non propter hoc cognoscit futura uel etiam contingencia. Ad illud quod obicitur, quod aut non cognoscit singularia, aut habet spes infinitas. Dico quod cognoscit singula per spes ultimam applicando et appropriando, unde per appropriaciones proprie et distinctiones cognoscit, nec oportet nouas spes

recipi. nec oportet infinitas eē. quia singu-
laria ad numerum finitum uniuersalium re-
ducuntur. sed finite species infinitis modis co-
poni possunt. et ideo nūq̄ tot singularia co-
gnoscit angelus quin adhuc possit cognos-
cere plura sine receptione speciei noue. non
tamen sine directione aspectus supra rem.
ex qua directione nō recipit spēs a cognos-
cibili cum sit in actu per spēm quam habet.
sed dirigendo aspectum speciem appropriat
et appropriando componit. et rem singularem
sub sua proprietate cognoscit. et perficit.
quia tota cognitio est a forma. et forma hec
species est que est totum esse indiuiduorum.

Ad illud quod obicitur de applicatione.
q̄ posuit cognitionem. Dicendum q̄ uerū
est q̄ presupponit cognitionem et relinquit
cognitionem. sed tamen aliam presupponit
aliam relinquit. Angelus enim sine conuer-
sione aliquam habet cognitionem loci. et cū
conuerterit se supra locum cognoscit omnes
res que sunt in loco applicando spēs uniuersa-
les ad singularia et componendo. et ille
species sub tali applicatione et compositione
remanent in angelico intellectu. et ita relin-
quit cognitionem nouam sine receptione
noue spēs. ponatur etiam q̄ nullam habe-
ret cognitionem. sed solum spēm ulis in in-
tellectu suo adhuc poterit applicare et ap-
priare nō causaliter sed certitudinaliter. q̄
patz sic. Homo enim cum nascitur nō ha-
bet cognitionem nec spēm singulariū. nec
communem nec ppriam. sola tamen directio-
ne aspectus super res cognoscit oīa uisibi-
lia et recipit simul cognitionem certam et
speciem. quia de nudatis erat a forma re-
ceptibili. q̄ si haberet spēs. multo melius
posset dirigendo aspectus ad res mūdanas
eas cognoscere nō suscipiendo spēs cum iam
habeat. sed ex directione et applicare et ap-
priare et componere et distincte nosse.

Secundo queritur circa hoc de
naturalī cognitione angeli re-
spectu creatricis essentie. et ē
questio **Utrum** angelus per
cognitionē naturalem diuinā essentiam co-
gnouerit in se ipso sine omni medio et crea-

ture amiculo. **Et** q̄ sic uidetur. Ange-
lus p naturā habet deformē intellectu. sic
uult **Dionysius** in libro de di. no. sed intellectus
hūanus quādo factus ē deformis cognosce-
re pōt deū in luce sua. nō eim efficitur dei
formis. nisi p glāz. ergo et hoc poterat an-
gelus p naturā. **Itē** angelus p naturā ē spe-
culū claritatis ipsius supremi luminis. sed illud lumen
semper quātū ē d se et naturaliter supersplendet
speculo intellectuali. si ergo speculū mūdū
obiectū soli claritate suscipit p naturā. ergo
et angelus claritate illius supne lucis. ergo cum
possit oculū ad illā supnā lucē nullo obfiste-
te dirigere et dirigēdo cognoscere. ergo uide-
tur q̄ naturali cognitione ipas diuinā lucē in
se ipso cognoscat. **Si** dicas q̄ acies itelle-
ctus angelici fundet ppter proportionē luminis.
Adtra. Sūp manz i proportionabilis q̄qd
dei āgelo. ergo nūq̄ uideret. **Itē** q̄ sunt
eēntialr et potētiāl r potētia cognoscēte. co-
gnoscūt p sui pēntiā et absēntiā. sicut dicit
Aug. d. tri. et sup **Benefic.** ad līaz. q̄ nia
se ipas et habet suos p eēntiā cognoscat. **Si**
ergo de pēntissimū erat intellectui āgelico
et hoc p naturā. ergo naturalr ipas diuinā
eēntiā i se ipas cognoscebat. **Itē** oē illū q̄
ē cō cognoscibile p se. aut cognoscit p sui es-
sēntiā. aut p spēs. si ergo āgelus cognoscebat
deū naturalr ut dicit **Dag.** i līa. aut p spēs
aut i sui eēntiā. sed nō p spēm. ergo et.

Itē q̄ aut p spēs uidet. Spēs. n. ē maioris
simplicitatis et abstractionis et puritatis q̄. s. ē
ē spēs. s. nūl dō simplr. ergo de spēm nō
hē. ergo nō poterat āgelus deū nosse p spēs
et nouerat p spēs uel eēntiā. ergo et. **Itē**
āgelus p naturāle cognitionē deū cognoscebat
aut ergo sub uelatione. aut facie reuelata. nō
sub uelatiōe. q̄a uelamē nō ē nisi ppter culpā
uel ppter molē carnis uiuētā. s. i āgelo nulla
erat macula. nulla moles carnis uiuētā. nec
fantasmatum obfistentia. ergo sua naturali
cognitione sūmaz eēntiāz i sua luce uidebat.
Itē si angelus cognoscebat deum. aut
ergo per medium. aut sine medio. si sine
medio. ergo uidebat in se ipso. si per medi-
um. ergo inter mentem angeli et deum ali-
quid erat medium quod est contra **Augu-**
stinum et contra rationem. **Tam** illud me-
dium. aut esset magis proportionabile deo

3
q̄s mens angeli. aut minus. si magis. ergo aliqua creatura superior angelo. si minus ergo potius impediēbat cognitiōes q̄s adiuuaret. restat ergo q̄ angelus per cognitiōem naturalem cognoscebat diuinam essentiam in se ipsa. **C**ontra. Joannis xvi. Nec est uita eterna ut cognoscam te deam ergo in uisione dei est beatitudo summa. si ergo habebat angelus per naturam. ergo per naturam erat beatus. **I**tem ad huc naturali salua sunt in angelis malis maxime que spectant ad intellectum. si ergo per naturam poterant diuinam lucem cōspicere in se. ergo et nunc possunt. ergo nō sunt in tenebris damnosis q̄ apte falsus ē. **I**tem proximior est deo anima habens gratiam q̄ sit angelus habens sola naturalia. sed anima exuta cum gratia non potest aspiciere lucem summam nisi adiuuetur per gloriam. sicut patet de his qui sunt in purgatorio et fuerunt in limbo. ergo uidetur q̄ nec angelus per naturam. **I**tem lux diuine essentie est supra omnem intellectus creatum quātiūcūq̄ ille intellectus sit excellens in naturalibus. ergo nunq̄ intellectus creatus in illam intuemdam ascendet uirtute sua nisi deus condescendat per gratiam. ergo impossibile est q̄ angelus naturali cognitiōe cognoscat diuinam essentiam in se ipsa. **I**tem multo plus est deus supra intellectum angelicum q̄ sit angelus supra intellectum humanum. sed homo nō potest nosse angelum nisi angelus condescendat ei. ergo nec angelus ipsam diuinam lucem in se ipsa. **I**tem impossibile ē q̄ aliquis oculus perueniat ad cognitiōem luminis solaris nisi per iūmisionem radiorum solis quātiūcūq̄ habeat alia lumina. ergo impossibile est q̄ aliquis ad cognitiōem superne luminis perueniat per illuminationē aliquam naturalem uel acquisitam nisi deus sue luminositatis radium imittat. sed iūmissio hic non est nisi per gratiam. ergo impossibile est q̄ aliqua creatura quātiūcūq̄ nobilis diuinam lucem in se ipsa per naturam cognoscat. **R**esponsio. Dicendū q̄ angelus naturali cognitiōe diuinam essentiam uidere non poterat in essentia siue claritate sua. et hoc patet. quia hec cogni-

tio est primum premium quo habito mēs creata quiescit tanq̄ beata et perfecta. hoc autem premium nemo optinet nisi gratuita dei influentia. **S**i autem queratur ratio huius. Sane dici potest q̄ diuina lux p̄p̄t sui excellentiam est inaccessibleis uirib⁹ omnis nature create. et ideo per quādam benignitatis condescensionem facit se cognosci. ita q̄ illa cognitiōe cognoscens multo plus agitur q̄s agat. illa autem condescensio bonitatis quid gratuitum dicit. sed constat q̄ non dicit diuine essentie humiliationem. quia non potest minorari. sed dicit aliquis radii gratuitam iūmisionem per quam non clare cognoscit cum est iūmissio in abundantia sicut erit in gloria. et ita angelus diuinam essentiam non potest per naturam cognoscere in se ipsa. sicut ostendunt rōnes inducte. et sicut colligitur a Dionysio i p̄ncipio mystice theologie. **A**d illud quod obicitur. q̄ est deiformis per naturam. Dicendum q̄ hoc non dicitur quia habeat dei similitudinem quam habet intellectus gloriosus per assimilationem que est in statu perfecto. sed deiformis dicit q̄a sine susceptiōe sp̄sū p̄ id q̄ habet in se actu cognoscit. **A**d illud q̄ obicitur. q̄ ē speculū clar. Dicendū q̄ deus resurgit i omni creatura tanq̄ causa in effectu suo. et ex oib⁹ pōt cognosci. et maxie i creatura que ipsi dei ē insignita imaginatiōe. sed illa resurgētia luminis p̄ quā uidetur de⁹ facie ad faciem non ē nature. sed cōdescensiois et gr̄e. Nec ē simile de luce corporali que naturaliter influit lumen in hec inferiora. nō sic debet intelligi de luce eterna. **A**d illud q̄ obicitur. q̄ de⁹ p̄sentia liter est i aia. Dicendū q̄ ē p̄sentia liter hoc est dupliciter. uel ut p̄ncipiū obseruās et cōtinēs. uel ut obiectū imutās et mouens. prius ē de⁹ p̄sens āgelo et lux teco. scōmō nō. ideo non ē simile de aia et et⁹ habitibus qm̄ p̄sentes sunt aie utroq̄ mō. et rō hui⁹ ē. qm̄ hec cognoscibilia nō supercedunt cognoscentis potentia et naturam. **A**d illud quod obicitur. q̄ aut p̄ sp̄s aut p̄ eintia. Dicendū q̄ ad huc est tertius modus cognoscendi p̄ effectus uisibiles et per substantias spirituales. et per influentiam luminis connaturalis potentie cogniti-

quod est similitudo quedam dei non abstracta sed infusa, inferior deo quam inferiori nature. sicut dicit Augustinus in nono de trinitate et habitum est in primo. et ita respondet illi rationi quod procedit ex diuisione insufficienti. ¶ Ad illud quod obicitur de relatione Dicendum quod non posse ptingere ad aliquam cognitionem hoc est dupliciter, uel propter cordis obscuritatem, uel propter cognoscibilis profunditatem. si primo modo, sic dicitur impediri uelatione. si secundo, sic impeditur non propter interpositionem uelaminis, sed propter subtilitatem cognoscibilis, primo modo impeditur homo peccator, secundum modo angelus. unde nec uidebatur sub uelamine enigmate, nec tamen facie ad faciem quia medium est inter utrumque uidelicet uideri deum in speculo absque enigmate. ¶ Ad illud quod obicitur, quod aut cognoscebat deum per medium, aut sine medio. Dicendum quod per medium scilicet per effectum, non quia illud medium magis esset proportionabile deo, sed quia erat magis proportionabile intellectui angelico. unde naturaliter uidebatur per speculum et per uestigium quamuis non per enigmata. Nec illud est contra Augustinum, quia sicut infra melius patebit Augustinus uult quod inter mentem et deum non cadit medium in ratione cause efficientis uel influentis, cadit tamen medium mutationis quod tamen non habet, rationem medii proprie, quia magis subseruit potentie cogniti quam presit.

Qonsequenter tertio loco queritur de naturali angelorum dilectione, et de ipsa duo queruntur. ¶ Primo de dilectione quam diligebant deum. ¶ Secundo de dilectione quam unus angelus diligit alterum.

Queritur ergo primo de modo naturalis dilectionis ad deum et est questio. Utrum angeli naturali dilectione dilexerunt deum propter se et super omnia. ¶ Et quod non uidetur, quia Bernardus dicit quod natu-

ra est curia, ergo ad se ipsam reflectit, ergo magis diligit se quam alia et alia propter se, ergo. ¶ Item qui diligit aliquid supra se eleuatur supra se, amor enim iungit amantem cum amato. si ergo magis diligit quod est supra se quam se, ergo supra se eleuatur, sed nihil per se eleuatur supra se, ergo necesse est quod talis amor aliud principium habeat quam naturam. ¶ Item actus dilectionis est nobilissimus inter omnes actus anime, et modus ille scilicet diligere propter se et super omnia est modus quo nullus potest cogitari nobilior. ergo si natura potest in hunc fine gratia, multo fortius et in quemlibet alium et ita nulla est opportunitas gratie nature institute, et iterum si nobilissimus est, deo est placitus et acceptus. ergo dignus remuneratione, ergo gratia non est necessaria ad merendum. ¶ Item naturalis dilectio diligit quod diligit per modum desiderii siue concupiscentie, sed omnis concupiscentia naturalis supponit aliquam indigentiam, sed quacumque aliquis diligit aliquid propter suam indigentiam, magis diligit illud in quo est indigentia quam illud quod supplet, ut cum appeto uestimentum propter indigentiam corporis et similiter cibum, magis diligo corpus quam uestimentum uel cibum. ergo si angelus naturaliter diligit deum propter suam indigentiam, ergo magis diligit se quam deum. ¶ Contra. Augustinus de fide ad Petrum. Tales deus creauit angelos ut ipsum pre se diligerent, cuius opere se tales creatos esse cognouissent. ¶ Item ratione uidetur quod affectus angelicus amaret bonum naturali dilectione, aut ergo quia bonum, aut quia bonum sibi. si quia bonum cum deus esset summe bonus, magis ergo ipsum deum quam aliquid aliud diligebat. si quia bonum sibi, sed deus adhuc melius erat ei quam aliud, quia bonus immo optimus est affectui querenti illum, ergo quocumque modo uidetur quod ipsum propter se et super omnia diligebat. ¶ Item gustus famis non errans in iudicio id magis desiderat, magis amat quod est magis delectabile, sed deus est magis delectabilis, ergo cum angelus a sua conditione hoc idigeret et affectu famis haret, ergo in eo propter se et supra se

delectabatur. sed illud magis diligit in quo magis et propter se delectatur. ergo **re.**

Item hoc mandatum de diligendo deus propter se et super omnia erat scriptum in corde angeli. ergo conscientia dictabat ei quod ad hoc tenebatur. ergo si non sic diligebat contra conscientiam faciebat. ergo peccabat. ergo ante peccatum deum super omnia diligebat. **S**i tu dicas quod conscientia non obligat eum nisi pro tempore gratie. quia ante non poterat. **C**ontra. Affectus angeli ante peccatum non repugnabat intellectui. alioquin ante peccatum erat bellum. sed intellectus dicit nihil esse diligendum super omnia nisi deum. ergo cum deberet angelum aliquid diligere. super omnia necesse erat quod aut diligeret deum propter se et super omnia. aut faceret contra conscientiam. et ita peccaret. **I**tem angelus diligebat deum aut ergo fruens. aut utens. si fruens. ergo propter se et super omnia. si utens. ergo cum summa perversio sit uti fruendis. erat perversus et affectus erat in eo inordinatus cum faceret de via terminum et e converso. patet ergo **re.** **R**esponsio. Dicendum quod absque dubio tempore nature instituitur homo quod angelus habilis erat ad diligendum deum propter se et super omnia. et hoc patet. Impossibile enim erat eum aliter esse rectum. Rectitudo enim mentis consistit radicaliter in amore. Amor autem rectus esse non potest si aliquid diligit supra deum vel eque. vel aliquid diligit propter se et deum propter aliud. si ergo deus fecit hominem et angelum rectum. patet quod unicuique dedit habilitatem ad amandum se deum super omnia et propter se. Patet etiam hoc planius si attendamus quid est diligere propter se et super omnia. Contingit enim aliquid diligi dilectione concupiscentie. sicut aliquis amat vinum. vel dilectione avaricie. sicut aliquis amat amicum vel solum. Propter se vero aliquid diligere est non alterius gratia. sed ibi sistere. sicut ebriosus diligit vinum propter se. propter aliud est alterius gratia. sicut sobrius diligit potum propter salutem. Similiter in amore amicitie propter se diligere non alterius gratia. est velle alteri bonum. sicut dicit philosophus. quod diligimus

amicos propter se et si nihil omnino boni debeat nobis ab ipsis esse. propter aliud vero est alterius gratia sicut aliquis diligit hominem propter commodum suum. sicut dicit idem quod inimicos nostros volumus esse iustos ut nihil nobis noceant. Diligere vero aliquid super omnia amore amicitie. est nullo comodo vel incomodo velle ipsum offendere nec amicitiam solvere. Super omnia diligere dilectione concupiscentie. est nullo comodo velle illud perdere. quoniam ergo affectus angeli deum habere cupiebat propter se. quia summe bonum et summe reficiens non alterius boni gratia. et deo volebat bonum propter se multo magis quam amicus amico. Similiter nullo comodo vel incomodo volebat deum offendere vel perdere ut manifestum est. et patet intuitu. Dico quod deum diligebat propter se et super omnia. Ad illud ergo quod obicitur quod motus nature curvus est. Dicendum quod aut Bernardus intelligit de natura quam communicamus cum brutis. aut si de rationali intelligat prout lapsa est. aut hic vocat curvitatem quod appetit sibi. sed esto quod deum appetit sibi non tamen aliquid magis diligit sibi quam deum. et ita nihilominus propter se et super omnia. Ad illud quod obicitur. quod eleuatur supra se. Dicendum quod eleuari supra est dupliciter. aut supra suum posse et hoc est impossibile nisi adiunctum natura. aut supra suum esse. et hoc est possibile et naturale. unde bene concedo quod homo naturaliter natus est eleuari supra se id est ad id quod lest supra se continendo et amando. Ad illud quod obicitur. quod motus iste videtur nobilissimus et difficilissimus et deo gratissimus. Dicendum quod motus iste aliter est gratie aliter est nature institute. Nature institute est ex quadam habilitate et rectitudine respectu boni. Gratie vero est quia captiuatur affectus in obsequium christi sicut intellectus per fidem. tunc enim captiuatur intellectus in obsequium christi quando contra id quod ratio sua dictat assentit prime veritati. sic et affectus quando id ad quod diligendum naturaliter inclinatur amore christi. paratus est odire. vel certe quando ad id ad cuius odium naturaliter

inclinatur paratus est amare. et talis est affectus qui continet vitam et honores et omne desiderabile. et amat odientes se et ledentes propter deum. et hic est solus affectus qui deo famulatur. et quem deus acceptat et remunerat. et hic non est a natura. sed solum a gratia. **A**lter etiam differt huiusmodi motus ab illo. quia ille a cognitione naturali. scilicet qui est dilectionis naturalis. alius a cognitione fidei. et differt hec cognitio ab illa quia cognitio naturalis agnoscit deum summe bonum propter diffusionem suam conformationem bonitatis in effectibus creatis. sed fides dicit deum summe bonum propter conformationem bonitatis in diuinis personis. et utraque cognitio dicit deum summe bonum et summe diligendum. sed multo nobilior fides suae cognitionis gratuita. Per hunc modum utraque dilectio deum diligit summe. sed magis et nobilior dilectio gratuita. **A**lia differentia consuevit dari. quod dilectione naturali diligit deum animus suus affectus rectus. quia bonus sibi. et ideo summe bonus sibi. et omne bonum quod est et quod habet pendet ex ipso. et nihil est nisi per ipsum. ideo plene deum diligit quod etiam seipsum. sed dilectione gratuita diligit quis deum quia bonum. et quia summe bonum diligit summe. et quia non est bonus ipse se habet nisi in quantum est ad deum. non diligit se nisi propter deum. et hoc dilectione gratuita. et sic triplex est dilectio. Prima est a parte modi diligendi. Secunda a parte cognitionis disponendi suae principii. Tertia est a parte motui. omnes autem sunt rationales. sed prius magis intendendum. **A**d ultimum soluendum est per interpretationem. quia natura rationalis de qua nunc loquimur non tantum amat ratione indigentem. sed etiam ratione convenientem et complacentem. ideo magis illud quod natum est summe delectare et summe placere.

Quia scilicet sic proceditur et queritur. **U**trum angelus naturali dilectione magis diligeret superiorem an parem an inferiores. **E**t quod magis superiorem uidetur. Si angelus angelum naturaliter diligit. aut ergo quia bonum. aut quia beneficium. sed quocumque modo angelus superioris ordinis magis est bonus. et iterum amplius est beneficium. quia

angelus inferioris ordinis a superiori recipit illuminationes per eum modum per quem **Dionysius** dicit. ergo. **I**tem angelus per naturam institutam deum super omnia diligebat. ergo si illud quod magis appropinquat ad summum in omni genere est magis intus sum. ergo si summe diligebat deum. id est super omnia. ergo magis illud quod deo erat similis et proximus. sed angelus superioris ordinis est huiusmodi. ergo. **I**tem angelus inferioris ordinis uolebat equipari angelo superioris quantum erat de naturali appetitu. ergo magis et eminentius bonum illi uolebat quam sibi. sed supra omnes angelos pares et inferiores se diligebat. ergo. **Q**uod autem magis diligeret angelum eiusdem ordinis uidetur. **D**ilectio naturalis ostendit similitudinem. unde **Ecclesiastes** xiii. De animal diligit simile sibi. sed angelus eiusdem ordinis similior est angelo sui ordinis quam alterius. ergo magis diligit. **I**tem naturalis dilectio attenditur per familiaritatem et domesticitatem. unde magis diligit homo naturaliter domesticum et socium suum quam extraneum. sed maior est familiaritas et societas angelorum eiusdem ordinis. ergo. **I**tem ecclesia triumphans conformis est militanti. sed in ecclesia militante est distinctio ordinum et religionum. et recto ac ordinato affectu qui non repugnat gratie plus iungitur homo ei qui est eiusdem professionis. ergo pari ratione et angelus naturali dilectione plus diligebat angelos eiusdem ordinis. **Q**uod autem magis angelos inferioris ordinis uidetur primo. quia probatio dilectionis est exhibitio operis. sed angelus superioris ordinis plus se communicat angelo inferioris quam pariter uel superioris. et ad hoc faciendum ordinatur per naturam. non solum per gratiam. ergo. **I**tem per naturam plene amat rationalis creatura preesse quam sub esse. sed angelus mediis ordinis ideo subest quia habet superiores. ideo preest quia habet inferiores. ergo si magis diligit preesse. magis per naturam diligit habere ordines inferiores quam superiores. ergo. **I**tem nos uidemus in linea consanguinitatis carnalis quod magis diligit homo eum qui est infra quam eum qui est supra uel iuxta. utpote filium

q̄s patrem uel fratrem et hoc est per natu-
rā. ergo uidetur pari ratione q̄ in ordi-
nē angelorum magis affectio conuertatur
ad eum qui infra est cum nullum sit uincu-
lum consanguinitatis nec supra nec iuxta
Responsio. Dicendū q̄ magis diligere ali-
quē hoc pōt ēē tripliciter. Aut rōne boni
optati. aut affectus intēsi. aut rōne effectus
impensi. Rōne boni optati dicitur q̄s ali-
quē magis diligere quando magis bonum
optat. et sic dicitur diligere magis quia ad
maius. hoc mō naturalis dilectioe pcedente
ex iudicio pōnis recte magis diligebat ange-
lus angelum supiorē. volebat eim ipm ex-
cellere et plus boni habere sicut et deus con-
ditor noluit sic ordinare. Rōne affectus in-
tēsi dicitur magis alterū diligere quando
affectio eius plus trahit ad alterū. et magis
solat ō et societate. et sic dicit aliq̄s ma-
gis illū diligere cū quo libētius cohabitāt.
et sic agēl magis diligebat p naturā agēlū
eiusdē ordis. q̄a sicut naturalis affectu magis
diligat quis cōpatriotas suos maxie. quādo
cōformatur sibi in morib⁹. et sic magis dili-
git homo eū qui ē eiusdē p̄fessionis et officij
ubi inuidia non interponit ptes suas. sic an-
gelus alterum angelum eiusdē ordis ma-
gis diligit dilectione naturali amplecti. hoc
intelligendum est cum se uideret a cōditore
in officij qualitate et nature similitudine illi
sociatum. nec esset tunc morum diuersitas
nec inuidie malignitas. Rōne effectus siue
beneficii impensi dicitur quis magis dilige-
re eum cui bona plura impendit. et circa quē
magis sollicitatur. sicut mater magis cōfo-
uet filiū tenellū et solitior ē circa illū q̄s circa
adultū. et magis circa ifirmū q̄s circa sanū.
Et hui⁹ rō est cōsideratio maioris indigētie.
Et hoc modo dici pōt q̄ angelus supioris
ordis magis diligit angelum inferioris. q̄a
angelus paris uel supioris ordinis non indi-
get sic sua instructione siue purgatione s̄m
q̄ angelus inferioris ordinis. et sic s̄m di-
uersas mias mēbra pposite questiois se ha-
bēt sic excedētia et excessa. et ideo rōnes ad
tria p̄dca mēbra dcurrētes sibi nō obuiāt. et
cedi possūt quāuis nō sit mltū cōgētes. Si
aut q̄s ex p̄dictis rōib⁹ siplr uelit iſerre ma-
ioritatē dilectiois. unica r̄nsioe pōt oib⁹ ob-

uiari. s. q̄ oēs pcedūt ab ifufficiēti. Si vō
cludit excessus dilectiois dtermiate uel in
bono optato uel i affectu itēso. et i effectu i
p̄so. satis ō plano oēs possunt cēdi.

In parte ista sunt dubitationes
circa litteram. Et primo que-
ritur de intellectu illius uerbi
Job. Hoc est initium figmen-
ti dei. Quare dicitur figmentum si rōe
corporis aptati ut ita exponit. quō hoc ne-
rum est cum illud non habuit ab initio.
Item deus uult omnes saluos fieri. ergo
fecit angelum illum ut beatificaretur. non il-
ludetur. ergo male dicit. Ut illudatur ei
re. Responsio. Dicendum q̄ omnis
creatura ratione sue fragilitatis figmentoz
dicitur maxime rationalis. quando con-
solidatur p gratiam. quoniam ergo lucifer
excellens fuit inter ceteras creaturas et ipe
spreuit gratiam. et in ueritate nō stetit. ideo
dicitur initium figmenti. unde et alia trans-
latio habet. ipse est principium uiarum dei.
hunc autem quāuis deus p̄sciret futuruz
esse malum. tamen fecit quia et simul pre-
uidit quibus bonis usibus accōmodaret. s.
sanctorum uictorie et amplificacōe corone.
Potest ergo intelligi hec coniunctio ut con-
secutine uel causaliter. consecutue sicut
frequenter accipitur in euangelio. Hoc au-
tem factum est ut impleretur. quia conse-
cutum est ad hoc. sic diaboli ludistio subse-
cuta est. quāuis propter illam non fuerit fa-
ctus. Si autem intelligatur causaliter. tunc
ponitur consequens pro antecedente. Fi-
naliter enim diabolus factus est ad exerci-
tium et propter promotionem bonorum.
ad quod consequitur ipsius diaboli ludifi-
tio. qui dum intendit deicere promouet.
unde sensus est q̄ deus fecit diabolum quē
preuidit malum ad exercitiam bonorum.
ad quod consequitur eius ludistio. Item
queritur de intellectu illius uerbi Sapien-
tia est fructus pietatis. quō sit intelligēdū. q̄a
magis uidet p̄ceptū pietatis q̄ fructus.
Item nihil uidetur ad p̄positum. q̄a p̄scia
casus non est sapia. sed tantū scientia.
Responsio. Dicendū q̄ sapia nō dicit hic



a sapore sed a sapere. et dicitur hec sapientia cognitio de sursum descendens per inspirationem siue per reuelationes. hoc autem est dupliciter. quedam est a uerbo. quedam est in uerbo. Prescientia ergo casus non potuit esse nisi cognitio de sursum descendens. quia futurum est contingens de quo nulla potest haberi certitudo sine causis inferioribus. Aut ergo est in uerbo. aut a uerbo. si in uerbo. sic est fructus pietatis. nemo enim peruenit ad uisiones uerbi nisi per pietatem animi. et quia hanc non habuit diabolus. ideo non potuit hoc nosse in uerbo. si a uerbo. sic est fructus pietatis. quia a materia dei excludere ignorantiam. et hoc modo si prescientia casus daretur innocenti non esset ex pietate sed crudelitate sicut infra patebit. quia cruciaretur innocens sine culpa. et sic patet intellectus uerbi illius et qualiter ualet ad propositum. Item querit de intellectu illius uerbi. Triplex erat naturalis cognitio. Aut distinguit formaliter. aut materialiter. si materialiter tunc multo plures. si formaliter. Contra. Unus erat modus cognoscendi. Responso. Potest dici quod est distinctio quantum ad nunc cognoscibilem. et quantum ad gradum. quantum ad nunc quia cognoscibile aut est creator. aut creatura. et creatura aut corporalis. aut spiritualis. Ordo etiam est. quod cognoscibile aut supra. aut infra. aut iuxta. et sic clauditur omnis cognoscibilis deus. ratione cuius. Magister distinguit cognitionem magis quam rationem modi cognoscendi.

Distinctio quarta.

Dist hoc notandum. Supra egit Magister de habitibus naturalibus et de habitibus ad perfectionem preparantibus. In hac parte agit de habitibus in statu perfecto constitutis. unde inquit Utrum angeli sint creati. siue fuerint beati perfecti. Diuiditur autem hec pars in duas. In prima persequitur questiones de beatitudine. In secunda de perfectione. ibi Ad hoc autem quod querebatur. Prima pars habet tres. In prima determinat questionem quantum ad illos qui ceciderunt ostendens quod nunquam fuerunt beati. In secunda quantum

ad eos qui remanserunt. hoc ibi Boni uero qui perscuerunt. In tertia breuiter resumit preterminata de utrisque. ibi Ex predictis consequitur. Ad hoc autem quod querebatur. et hec est secunda pars in qua persequitur utrum angeli sint creati perfecti. et habet hec pars tres periculas. In prima inuit quod per distinctionem est respondendum. In secunda subiungit distinctionem. ibi Dicitur namque perfectum. In tertia uero resumit preterminata et breuiter ostendens qualis facta fuit angelica natura resumendo predicta. ibi Quales facti fuerunt in creatione.

Intelligentia huius partis queruntur tria. Primus est quales creati sunt angeli quantum ad gloriam. Secundum quantum ad futurum eventus prescientiam. Tertium est quantum ad cognitionem matutinam. Circa primum queruntur duo. Primum est Utrum in sui creatione habuerint gloriam. Secundus est Utrum habuerunt gratiam.

Queritur ergo primo Utrum angeli creati sunt in beatitudine siue in gloria. Et quod sic uidetur. Ezechiel. xxviii. Tu plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi fuisti. sed esse in deliciis paradisi et esse plenum sapientia est ipsa beatitudo quam dicimus etiam gloriam. ergo. Item Augustinus in libro de mirabilibus sacre scripture. Angelus in summo sui ordinis honore constituitur. lapsus est. loquitur de angelo ante lapsum. sed summi honor ordinis angelici est beatitudo et gloria. ergo. Item Augustinus de fide ad Petrum. Angelici spiritus per eos quod rationales facti sunt. eternitatis et beatitudinis donum in ipsa nature sue spirituali creatione diuinitus acceperunt. Item ideo de ecclesiasticis edogmatibus Angeli qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant. non natura possident ut non mutentur. ergo si modo habent ueram beatitudinem. pars quod in beatitudine creati sunt. Item ratione uidetur. quia angelus a sua creatione habuit habilitates ad diligendum deum propter se et super omnia. ergo habuit habilitatem ad fruendum deo. sed ipse non habuit aliquod retardatum ex parte affectus. nec obumbratum ex parte intellectus.